



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Qualiter sacerdotes iuare debeant. xix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De iuramento Herodis. Cap. XVI.

CVM iuramento pollicitus est Herodes saltatrici da- *Ex dictis*
re quodcunque postulasset ab eo. Si ob iusiurandum *Hierony.*
fecisse se dicit: si patris, matrisque interitum postulasset,
facturus esset, an non? Quod in suis ergo repudiaturus
fuit, contemnere debuit, & in propheta.

*De illis qui odium sempiternum inter se iuramento
firmaverint. Cap. XVII.*

QVI sacramento se obligauerit, ut litiget cum quo- *Ex concil.*
libet, ne ad pacem vll'o modo redeat, pro periurio, *Hilerdē.*
vno anno à corpore & sanguine domini segre- *cap. 6.*
geretur, & reatum suum ieiuniis & eleemosynis absoluat:
ad charitatem verò, quæ operit multitudinē peccatorum,
celeriter redeat.

*De illis qui incautē iurauerint.
Caput XVIII.*

SI aliquid fortè nos incautius iurasse contigerit, quod *Ex decret.*
obseruatum peiorem vergat in exitum, illud consilio *Sotheris*
salubriori mutandum nouerimus, ac magis instante neces- *pap. ca. 3.*
sitate peierandū nobis, quàm profecto iuramento in aliud
crimen maius esse diuerrendum.

*Qualiter sacerdotes iurare debeant.
Caput XIX.*

COrnelius episcopus, Rufo coepiscopo in domino sa- *Ex epist.*
lutem. Exigit dilectio tua, frater charissime, ut ex au- *Cornelij*
thoritate sedis apostolicæ, tuis deberemus consultis re- *pap. cap.*
spondere. Quòd licet non prolixè, sed succinctè agere fe- *3.*
stinaremus, propter quasdam importunitates quæ nostris
præpedientibus peccatis in nos superuenere, tuis tamen
per reliqua sanctorum patrum instituta studiis perquirere
latius, & inuestigare committimus. Non enim potest mens
attrita & oneribus, atque importunitatibus grauata, tan-
tum boni peragere, quantum delectata & oppressionibus
soluta. Non ergo ista ob id prætulimus, ut hæc & alia quæ
necessaria fore cognouerimus, tuæ sanctitati velimus de-
negare: sed quod hic minus inuenitur, latius perquiratur.
Sacramentum autem hæcenus à summis sacerdotibus, vel

reliquis Dei ministris exigi, nisi pro fide recta, minime cognouimus, nec sponte eos iurasse reperimus. Summo ergo sanctus Iacobus Apostolus prohibens sacramentum, loquitur dicens: Ante omnia, fratres mei, nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quocunque iuramentum. Sit autem sermo vester, est, est, non, non, vt non sub iudicium decidatis. Et dominus in Euangelio ait: Audistis quia dictum est antiquis, non peierabis: reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neque per cœlum: quia pater noster Dei est, neque per terram: quia scabellum pedum eius est, neque per Hierosolymam: quia ciuitas est magni regis, neque per caput tuum: quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum. Sit autem sermo vester, est, est, non, non. Quod his autem abundantius est, à malo est, est, & ab exigente, & à iurante. Hęc, frater charissime, ipse dñs prohibet, id est, non debere iurare. Hęc apostolus maximè omnes, hęc sancti viri prædecessores nostri, huic sanctæ vniuersali Ecclesiæ apostolicæ præfuerunt prophetæ, & reliqui sancti doctores per vniuersum mundum dispersi ad prædicandum, iuramenta fieri verat. Quorum nos exempla, si cœperimus numerare, aut in schedis hac inferere, ante deficeret diei hora, quam eorum exempla, de hac causa prohibita. Quæ nos sequentes sanctorum apostolorum, eorumq; successorum iura firmamus, & sacramenta incauta fieri prohibemus. Vnde & ipse dominus in tabulis lapideis quas Moyse dedit, propria manu scripsit, dicens: Vide, ne assumas nomē domini Dei tui in vanum, & reliqua. Vnusquisque enim propriam conscientiam mundam debet seruare, Deo, & in memoria retinere, quod mentitur, occidit animam. Et Apostolus ait: Lectissimi veritatem vnusquisque cum proximo suo, quomodo sumus inuicem membra. Et alibi: Nolite mentiri inuicem membra. Hęc præcepta sunt saluatoris, hęc prophetarum, hęc sanctorum patrum instituta. Quæ si quis in vanum iurauerit, hostis est animæ suæ: quia nemo contra prophetam, nemo contra apostolum, nemo contra Euangelium faciat aliquid absque periculo.

Quo tempore iurare liceat.

Cap.

XX